

8  
255





zu 005

O. i. 840 (1-101).



25

MATERIAE  
DE EDENDO  
SIVE LIBELLI OBLA-  
TIONE THESES.

QVAS DEO DVCE ET AVSPICE, PRAE-  
SIDIBVS CLARISS. CONSVLTISS. VIRIS D. Io-  
anne Michaële Cronenburgero, & D. Ioanne Hollandt  
Marcodurano, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco,  
in celeberrimo Iuridicæ facultatis apud Vbi-  
os Collegio, antiquo de more dispu-  
tandas proponit. Anno  
1591. 24. Ian.


IOANNES LOEGES.



COLONIAE AGRIPPINAE  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.



## CONTINUATIO.

 Itato reo suiq. copiam faciente, quod est omnium actionum instituendarum principium, (a) proximum est, ut actor, si sibi contendendum putet, veniat instructus ad agendum, proposita actione vel libello quo reus conveniatur. (b) Recte igitur de editione eius nunc sequitur. De qua tamen priusquam dicemus modus concipiendorum libellorum est praecognoscendus.

(a) §. vlt. Inst. de poen. rem. litig. (b) l. i. in princ. ff. h. t. auth. offeratur, C. de lit. contest. VVef. ff. h. t. nu. i. Cuiac. ff. & C. eod.

## THESIS I.

**L**ibellus qui & parvus liber vel codicillus alias appellatur, (a) lata significatione omnem omnino scripturam super quocunque negotio factam comprehendit. (b) VG. certificationis, (c) delegationis, (d) supplicationis, (e) demandationis, (f) recusatationis, (g) repudij, (h) appellationis, (i) iniuriarum. (k) & c.

(a) in l. i. ff. de tabul. exhib. (b) VVef. d. num. i. ff. h. t. (c) l. dies 4. §. toties de dam. inf. (d) l. necquicquam 9. §. i. de offic. proconf. & l. omnia 71. de regul. iur. (e) l. i. & 2. C. quand. lib. princ. obl. c. ei qui 2 q. 6. (f) l. minorum 6. C. de praed. min. (g) l. apertissimi 14. C. de iud. (h) c. 3 §. i. dist. 3. (i) l. i. de libell. dimiss. (k) in tot. tit. C. de famos. lib.

### II.

In presenti vero nihil aliud est quam brevis & ordinata scriptura claram continens, & iudici, & parti demonstrans intentionem actoris. (a) Estq. duplex, civilis qui in civilibus, (b) (de quo hoc loco) & criminalis qui offertur in criminalibus. (c)

(a) Ita ferè defin. DD. in l. i. ff. h. t. Cyn. in d. auth. offeratur. Schneid. in §. i. nu. 98. Inst. de action. Ang. in §. tripli. nu. i. eod. Ferr. in form. act. real. §. i. num. 3. (b) c. i. vbi glo. & c. 2. ext. h. t. auth. de exhib. & int. reis. §. ad excludendas 2. Host. in §. quot sunt ext h. tit. (c) de quo in l. libellorum 3. & ibi DD. de accus. l. 3. C. de his qui accus. poss. l. vlt. C. de fid. instru. VVef. C. de form. sublat. num. 3.

### III.

Quod igitur ad formam libelli attinet, regulariter secundum stylum & consuetudinem loci in quo actor versatur erit concipiendus, (a) vbi articulatis opus fuerit, ut in Camera Imp. articulate procedendum, (b) qua cessante secundum formam, iuris communis. (c)

(a) arg. l. sed si pupillus 11. §. proscribere in verb. conditionem de instit. act. l. fin. C. de iniur. l. 3. §. vlt. de testib. c. literis 11. §. quia ext. de rescript. Specul. de caut. cire libell. num. i. (b) VVef. enb. C. de form. sublat. num. 7. (c) Euerhard. in loco à stylo Cur. num. 2. & 3. arg. l. de quibus 32. de legib.

### IIII.

Ponendo in primis nomen iudicis, actoris, & rei. (a) Iudicis, non tam proprium, quam dignitatis, iurisdictionis vel tribunalis. (b) Actoris, si nomine proprio, (c) non alieno puta Ecclesiae, (d) vel pupilli (e) agatur: quo non facto, proprio nomine petere videtur. (f)

(a) c. vlt.



(a) c. vlt. §. libellorum 2. q. 8. arg. c. forus 10. §. in omni de verb. sig. gl. in c. i. h. t. (b) part. 6. memb. 3. nu. 8. Schneid. in d. §. 1. nu. 120. Inst. de act. (c) c. querelam 24. de electi. u. §. libellorum, arg. l. 1. C. de iur. dom. impet. (d) Auth. sed hodie C. de Episc. & cler. c. inter 6. de fid. inst. c. 3. de dilat. & ibi Pan. nu. 3. Bart. in l. si ita 126. §. Chrysogonus num. 8. de verb. oblig. (e) Mar. part. 6. memb. 3. num. 6. & seqq. (f) Bart. in d. §. Chrysogonus.

## V.

*Rei eatenus, nisi sit pupillus minor septem annorum, furiosus vel monachus: nam tum contra solum tutorem vel curatorem, (a) itemq<sup>3</sup> contra monasterium, si monachus professionem fecerit, erit formandus. (b)*

(a) l. vlt. C. qui leg. person. l. 55. de cuius. l. 1. §. sufficit & ibi Bart. de adm. tut. Mynsing. Cent. 2. obs. 35. Mar. part. 6. memb. 3. num. 10. & seqq. (b) c. presentia 8. & ibi Pan. num. 78. de probat. Euerhard. in loco à seruo ad monach. num. 4. arg. auth. ingressi C. de sacros. eccles.

## VI.

*Quibus sic præuis, ad instar syllogismi Dialectici, constans ex maiore. i. hoc loco facti narratione, minore. i. causa siue medio concludendi, & demum conclusione, totus quasi decurret. (a) (non obstante solennitates actionis esse sublatas.) (b) Iusto tamen in singulis obseruato ordine, ita vt conclusio facti narrationem non præcedat. (c)*

(a) Schneid. in §. fin. nu. 9. Inst. de iniur. & in d. §. 1. nu. 106. Inst. de act. Euerhard. in loc. legal. in præamb. nu. 11. (b) tot. tit. C. de form. sublat. (c) arg. l. 1. C. de exec. rei iud. l. precib. 8. C. de impub. & al. subst. l. vt responsum 15. C. de transact.

## VII.

*Factum præterquam quod quam breuissime, (a) nulla anni vel diei facta mentione (b) concipiendum est, etiam obscuritate, (c) qualiter tandem illa contingere possit, (d) carere debet: eo quidem modo, vt si personali actione experiatur, principaliter dicat reum sibi obligatū: (e) si reali, rem ipsam mobilem vel immobilem in iudicium deducat. (f)*

(a) arg. l. ampliorem 37. §. in refutatorijs 3. C. de appell. l. vlt. C. de donat. (b) VVef. C. de form. sublat. nu. 7. Alc. in l. edita in verb. actio C. h. t. (c) arg. §. nos igitur Auth. de test. imperf. c. cum clamor 53. ext. de testib. l. vlt. §. sed cum C. de cur. fur. (d) vt declarat Gaill lib. 1. obs. 62. num. 3. (e) §. 1. §. sic itaque & §. appellamus Inst. de act. l. actionum 25. §. in personam & l. actio. 28. ff. cod. (f) dd. §§. in Inst. & d. l. actionum.

## VIII.

*Eamq<sup>3</sup> certam, (a) vnam vel plures simul, (b) sortem cum fructibus vel vsuris, (c) totam vel partem, (d) vel etiam duas partes de tribus, (e) non tamen aliam pro alia, (f) neque plus re, loco, tempore vel causa. (g)*

(a) l. prætor 7. de iniur. (b) l. etiam 29. de min. l. de pupillo §. si plurium de op. nou. nunc. (c) l. non solum 13. & ibi Costal. de rei vend. gl. in c. 3. in verb. iudicium ext. de caus. poss. & prop. Mynf. Cent. 1. obs. 57. (d) l. in rem 6. l. quæ de tota 76. de rei vend. §. sin minus Inst. de act. (e) Castr. in l. cum quæstio. 23. C. de prob. & in l. scire 28. num. 6. de verb. oblig. (f) §. si quis 35. Inst. de act. (g) §. si quis agens 33. Inst. cod. tot. tit. C. & ext. de plus petit.

## IX.

*In immobili quidem exprimendo fines & nomen fundi, si habet, (a) alioquin per duos vtrinque contiguos designandus est. (b) In mobili vero, materiam & pondus, (c) colorem;*



rem, (d) numerum mensurarum, (e) si seruus nomen &c. (f)

(a) d. l. in rem 6. l. forma 4. de censib. l. Titius hæres 48. in fin. de act. empt. l. patronus 35. §. libertis de leg. 2. (b) l. cum seruo 63. de cont. empt. c. 2. ext. h. tit. d. l. patronus §. 1. l. si quis 7. C. de bon. proscript. c. 3. ext. de sent. & re iud. in 6. (c) l. si quis uxori 53. §. si lineal. in actione 19. ff. de furt. l. 1. §. si quis & ibi Cast. ff. de pos. (d) d. l. in re d. l. in actione d. l. 1. §. si cista. c. conquerente & ibi gl. de off. ord. (e) d. §. si linea. (f) l. quod si nolit 31. §. qui mancipia de edil. edict. & d. l. si in rem.

## X.

*Causa quoque rei petita necessario coniungenda est, (a) eaq; vera, (b) actori propria, & de presenti, (c) non generalis, sed concludens, per quam reus possit certificari, (d) qualis est in actione personali remota, (e) in reali, proxima, (f) licet in reali quandoque omitti possit. (g)*

(a) c. vlt. ext. h. t. l. vlt. C. de ann. except. l. 3. §. 1. C. de pet. hæred. l. vlt. §. vlt. C. de edict. D. Had. toll. arg. l. 2. §. circa de dol. except. l. & an eadē 14. §. actiones 1. de except. rei iud. (b) arg. l. 1. ff. si mens. fals. mod. dix. (c) Bart. in d. §. actiones nu. vlt. & nu. 79. (d) l. habebat 13. & ibi Costal. de instit. act. arg. l. 1. ff. h. t. Mar. part. 4. dist. 3. num. 47. (e) d. c. vlt. ext. h. t. & d. l. vlt. §. vlt. C. de ann. except. Mynf. in Rub. de act. num. 11. (f) Schneid. in d. §. 1. nu. 111. Instit. de act. Mynf. in d. Rub. (g) gl. in l. 1. ff. h. t. & in l. 1. in verb. per nunciat. de op. nou. nunc. & gl. in c. 2. ext. h. t. Spec. de libell. §. iuxta nu. 7.

## XI.

*Prædicta tamen procedunt, nisi incertitudo ex facto alieno, (a) re petita, (b) vel ex natura cause (c) proueniat, vel etiam si sit modica & reo non nociua, (d) & in rebus modici momenti, puta accessorijs facta. (e)*

(a) d. l. quæ de tota 76 §. 1. de rei vend. l. et si 8. §. 1. comm. diuid. l. 1. §. 2. quorum leg. (b) l. vbi 75. §. qui id, de verb. oblig. l. 2. & ibi Bart. C. de sent. quæ sine cert. quant. (c) l. 3. C. de pet. hæred. l. 4. & l. si quo ff. cod. l. arbiter ff. pro soc. c. cum ad sedem 15. & ibi gl. & Panor. nu. 8. de rest. spol. (d) arg. l. Gallus 29. §. si eius & ibi Bart. de lib. & posth. (e) c. inter 6. ver. hæc omnia ext. de fid. instr. d. c. cum ad sedem Ang. in §. curar. num. 3. Inst. de act.

## XII.

*Quemadmodum & tum si ab aduersario de generalitate non opponatur, (a) vel denique si in processu cause probationes accedant certæ & specificæ. (b)*

(a) gl. in l. vlt. C. de annal. except. & in l. 3. C. h. t. Ferr. in form. resp. rei §. contrar. nu. 2. Vant. tit. quot & quib. mod. null. prop. num. 102. (b) Bald. in rep. l. edita C. de pact. Euerhard. in loco ab ord. num. 3.

## XIII.

*Si tamen postmodum innotescat rei vel cause qualitas debet eam, super hoc à reo requisitas, quodocunque potest ante litem contestatam declarare, (a) licet actore mortuo ad hæredes eius non transeat. (b)*

(a) Mar. part. 6. memb. 3. nu. 22. Mynf. in §. si duorum nu. 4. Inst. de rer. diuis. fac. text. & ibi Bart. in l. 1. quod leg. Ferr. in form. resp. rei §. generalis nu. 1. (b) Chyl. Kon. cap. 54. nu. 4.

Ceterum



XIV.

Ceterum cum causa & actio distinguantur (a) etiam actionis nomen exprimendum erit. (b) Quod tamen de iure Can. non est necesse, (c) aded vt sufficiat quod factum apte fit propositum, licet actio inepta sit adiecta. (d) Et tunc in dubio actio illa censetur intentata qua magis ex facto colligitur (e)

(a) Glos. Schneid. & alij Inst. de act. in prin (b) l. quoties §. item de adm. tut. l. si quidam §. illud de pet. hæred. & simil. (c) text. in c. dilecti 6. ext. de iudic. (d) Alc. in d. l. edita in verb. actio. Oldrad. conf. 205. (e) Gaill d. obs. 61. num. 9. & seq.

XV.

Sed interdum contingit super vno negotio plures competere actiones, (a) ideo tunc actor vnã eligere debet, (b) qua electa, altera tollitur, (c) nec habet regressum ad alteram nisi errore deceptus. (d) Quod tamen non obtinet, si tendant ad diuersa. (e)

(a) l. plura §. 3. de obl. & act. (b) l. quod in 9. §. 1. & ibi Costal. de trib. act. l. nemo 43. de reg. iur. l. 1. C. de furt. (c) d. l. 9. §. 1. l. si is 73. de furt. l. 6. §. possumus naut. caup. stab. §. 16. Instit. de obl. ex del. Peck. in c. nullus 20. de reg. iur. (d) l. 4. §. vlt. quod cum eo. (e) l. vnic. C. quand. ciu. act. l. rei 45. & ibi gl. pro soc. l. 2. vi bon. rapt.

XVI.

Si vero electio facta non sit, nihil vetat quo minus possit quis plures regulariter in vno libello cumulare, (a) dummodo non sint contraria, (b) vel eis executio non reluctetur. (c)

(a) l. non est nouum 10. de act. empt. l. 3. §. 1. & ibi Bart. de duob. reis l. 84. §. qui seruui de leg. 1. DD. com. in l. 3. C. h. t. & in l. naturaliter 12. §. 1. de acq. poss. Gaill lib. 1. obs. 63. (b) l. vnic. §. 1. C. si seru. ext. d. l. 1. C. de furt. (c) l. 1. §. vlt. si fam. furt. fer. dic.

XVII.

Vltimum in libellis est conclusio, non tamen inferior, sed qua præ cæteris maxime attendatur: (a) erit q̄ conforis naturæ & qualitati obligationis, (b) continens prius condemnationem quam executionem. (c)

(a) Gaill d. obs. 61. num. 13. Dyn in c. 2. num. 38. de reg. iur. Panor. in c. 3. num. 2. de dilat. (b) gl. in l. 3. de const. pec. Schneid. in §. 1. num. 118. & in §. plus num. 8. Inst. de act. (c) d. l. 1. & ibi Castr. num. 3. C. de exec. rei iud.

XVIII.

Sequitur de editione libelli, missis illis, qua sunt cause instructoria. (a) Edere est dictare vel libello complecti. (b) Ad hanc citatio de iure requiritur, (c) nisi parte forte presente, (d) licet hodie communiter tenor libelli inferi citationi possit & soleat. (e)

(a) de quib. pass. tot. fere tit. nost. in ff. & C. (b) l. 1. §. 1. & seq. l. 6. §. edi. ff. h. t. l. 15. de auct. tut. (c) §. sancimus Auth. de exhib. reis c. quoniam ext. de prob. (d) l. de vnoquoque 47. & ibi Dd. de re iud. l. in causæ 13. §. causa de min. (e) Gaill d. obs. 61. num. 2. & 3. Schneid. in d. §. 1. num. 104. Inst. de act.

XIX.

Libellum offert actor agere volens, (a) & de iure qualificatus, (b) nullo eum cogente, in



te, (c) in scriptis, (d) sumptibus proprijs, non rei. (e)

(a) d. l. 1. §. 1. ff. h. t. c. 1. & vlt. ext. cod. c. 2. ext. de lit. contest. in 6. (b) l. 1. & tot. tit. qui leg. person. stand. in ius hab. l. 1. de postul. (c) tot. tit. C. vt nem. inuit. l. creditor 9. C. de pig. (d) c. 1. & ibi glo. & Canonistæ com. h. t. arg. l. 1. §. 1. ff. cod. gl. in d. §. illud verb. libellum Auth. de exhib. reis. (e) d. c. 2. h. t. & d. Auth. offeratur l. suo victu de op. lib.

## XX.

Offertur necessario in omnibus causis ordinarijs, (a) civilibus, (b) personalibus, (c) realibus, (d) petitorijs, (e) vel possessorijs: (f) adeo vt nec de consensu partium vel tacite vel expresse remitti possit. (g)

(a) d. saepe Auth. offeratur c. Heli. ext. de Symon. (b) d. l. 1. h. t. l. 3. C. cod. (c) d. l. vlt. C. de ann. excep. (d) d. l. 6. de rei vend. (e) l. 1. & 2. C. vbi in rem act. d. l. 6. (f) c. signifi. 36. ext. de testib. (g) arg. l. 2. §. sed quia C. de iur. cal. l. nec si volens 6. C. de lib. caus. Spec. de libell. §. vtrum num. vlt.

## XXI.

Præterea iudici cui libet, (a) etiã arbitro, (b) qui post reã communicat exemplar, originali sibi retento, (c) in iudicio, (d) iudice sedente non procedente, (e) omni tempore non tamen feriato, (f) nisi periculum sit in mora. (g)

(a) d. c. 1. & 2. h. t. c. 1. vt lit. non contest. l. 1. ff. de offic. assess. (b) l. pen. §. pen. C. de recep. arb. l. 14. & l. vlt. C. de iudic. (c) V Vef. nu. 6. de form. subl. (d) d. c. 1. h. tit. l. non videtur 33. de iudic. l. amplius 15. ff. rem rat. hab. (e) l. 4. C. de dilat. (f) Pan. in c. vlt. nu. 17. ext. de iudi. (g) l. miles 11. §. sexaginta, de adult.

## XXII.

Finis editionis est, vt actor ius suum declaret, (a) & vt instruat reus libello, an cedere vel contendere velit. (b)

(a) d. l. 1. de postul. (b) d. l. 1. ff. h. t. l. 3. C. cod.

## XXIII.

Effectus multiplex, quod persequendo faciat rem suam meliorem, (a) videatur contenta in libello confiteri, (b) pars aduersa cogatur respondere, (c) & demum quod sententia secundum libellum sit proferenda. (d)

(a) l. nemo 88. de reg. iur. (b) l. cum precum 9. C. de lib. caus. (c) d. Auth. offeratur. (d) l. 18. com. diuid. l. 19. §. vlt. de iurisd. om. iud. l. vlt. C. de fid. lib.

## XXIV.

Favor libelli quoque magnus est, ita vt quoad fieri possit sit sustinendus, (a) & verba in eius interpretatione pro libellante etiam impropietur, (b) dum tamen intelligatur eius intentio, nec sit nimis remota inpropriatio. (c)

(a) l. 66. de iudic. Dec. in l. 117. num. 3. de reg. iur. (b) Mar. part. 4. dist. 1. num. 31. Mynsing. cent. 4. obs. 5. (c) Alc. in d. l. edita in verb. actio per l. 2. de bon. poss. sec. tab.

Adiacet.



XXV.

*Adiacet libello emendatio & mutatio. Emendatio in iudicijs vniuers. & generalibus admittitur vsque ad sententiam. (a) Idem in singularibus, si consistat in re petita, (b) vel qualitatibus aduentitijs: (c) si vero in qualitate facti fiat, ante litem contestatam. (d)*

(a) l. 4. & l. si quo de pet. hered. Mynf. in d. §. sin minus num. 8. & seqq. (b) d. §. sin minus l. 4. §. si detracta vbi Costal. de nox act. d. l. 3. & ibi DD. C. h. t. (c) Mynf. d. loco. (d) Alciat. in d. l. 3. verb. emendari Panor. in c. 2. num. 24. h. tit.

XXVI.

*Mutare verò, id est, libelli substantiam variare, (a) tantum ante litem contestatam non post permittitur, (b) explosa illorum sententia, qui huius rei quandam per Ius nouissimum factam esse correctionem concludunt. (c)*

(a) Bart. in d. l. edita num. 12. (b) d. l. edita & ibi gl. & Dd. c. 3. ext. de dilat. Gaill d. obs. §. 1. num. 9. l. hæredes 21. §. 1. & ibi Castr. num. 3. qui test. fac. poss. (c) vt est gl. in d. §. sin minus Lagush. t. Chyl. Kon. cap. 53. gl. in §. omnem in verb. libello Auth. de litig.

COROLLARIA

I.

*Libelli ineptitudo in quacunque parte iudicij appareat, absoluitur reus ab instantia iudicij: (a) non tamen ideo perit illi actio. (b)*

(a) text. & ibi Panor. in c. examinata 15. num. 12. ext. de iudic. (b) Lagus hoc tit. folio mihi 630.

II.

*Libello actoris perduto, non statur eius dicto vel interpretationi.*  
l. vlt. C. de reb. cred. l. vlt. in fin. C. de pos.





Adhuc libello... (faint, mirrored text)

Adhuc libello... (faint, mirrored text)

COROLLARIA

I. Libello... (faint, mirrored text)

Libello... (faint, mirrored text)





153255

AB: 153255

(X2203998)

K






*De legibus et constitutionibus Imperatorum*







MATERIAE  
DE EDENDO  
SIVE LIBELLI OBLA-  
TIONE THESES.

QVAS DEO DVCE ET AVSPICE, PRAE-  
IDIBVS CLARISS. CONSVLTISS. VIRIS D. Io-  
anne Michaële Cronenburgero, & D. Ioanne Hollandt  
Marcodurano, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco,  
in celeberrimo Iuridicæ facultatis apud Vbi-  
os Collegio, antiquo de more dispu-  
tandas proponit. Anno  
1591. 24. Ian.

IOANNES LOEGES.



COLONIAE AGRIPPINAE  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.



7

